

/ Illustris et admodum R/de Domine, Gratulor Ecclesiae Audomarensi quod tam insignem Episcopum divina providentia sortita sit; ex iis enim, quae praelo mandavit D.V. satis intelligi potest quantus ardor fidei catholicae defendendae, et quanta doctrinae ²⁶³² et pietatis ubertas in vestro pectore lateat. Quod vero attinet ad jura solvenda, enitar quantum potero ut ea summa diminuatur, sed non multum audeo polliceri, quia ego unus sum de multis; nam neque numeror in capitibus ordinum, neque sum camerarius collegii, ut eram anno superiore. Si qua in re alia obsequi possim D.V. ¹⁰ quod in mea sit potestate, non committam ut D.V. desideret officium meum. Interim bene valeat, et mei meminerit in sanctis precibus suis. Romae, die 30 Augusti 1618.